



Constantino Huyghenio . J. Vanderburgh . S. P. D.

Extorsit mihi nuper, Vir amplissime, iusta quadam indignatio  
 litteras, quas Veneris marito consecratas matrem, quam in cuius-  
 quam manus, prater tuas, incidisse. Magnopere itaq nunc te  
 rogo ut hanc sollicitudinem animo meo eximas, et verbo certiore  
 me facias, an tibi fuerint reddita. Liberius aliquanto, fiducia  
 benignitatis tuae, fortuna mea rationem, in is exposui, quam con-  
 ter te nemini mortalium factum velim. Funiculum nunc addam,  
 nihil unquam mihi magis inuisum, nihil ab ingenio meo alie-  
 rius fuisse, eo vita genere quod desultorium vocant. Possum  
 et, quodlibet concoquere potius, quam incondantia aut levitatis  
 labem incurere, dummodi hoc ab humanitate tua impetrem  
 ut liceat interdum agritudinem meam in sinum tuum effun-  
 dere. Et loco sum ubi Sycophanta, et id genus hominum,  
 quos Galli des filois vocant, nihil non possunt. recte fa-  
 ciendo si vel tantillum gratia demereri sudeas, nihil agas.  
 Verum ubi vita huius rationem propius ad animum revoco,  
 nescio an eo nomine infelicem me, an fortunatum iudicem,  
 in tanta rerum instabilitate. Vidi ego ab eo tempore quo



hoc saxum volvo, plerosq; qui apud suprema, huius aula numi-  
na ad prodigium usque gratiosi habebantur, ex summo favore,  
tantum non ad ludibrium decidisse. In hac fatali fundi nostri  
calamitate, ego neque invisus, neque iniuriam gratisus, tanta me-  
mediscriptate involvo. Quid ergo quaeratur, inquis? inique mecum com-  
paratum esse, sive splendorem sine quo hoc munus exerceri  
non debuerat, sive Lucrum. (quod tamen, pro damnosa, qua mi-  
hi iurata est generositate, non usque adeo attendo) spectare  
velis. Deinde hac ad te perscribo, ne credas iam me huius ca-  
lo ita assuevisse, ut agre ab hisce regionibus divelli queam,  
si qua forte honesta in patriam revertendi occasio suboriatur.  
cuius ut tu rationem habeas, iterum atq; iterum rogo. Non deerunt  
tali casu speciosa commendationes eorum, quorum suffragia  
nonnihil ponderis apud Illustrissimum Principem habitura  
esse persuasum habeo, ad quas si favor tuus accedat, quid  
est quod mihi non ausim promittere? Sin frustra hoc qua-  
rolo Sabinus somnio, nihil erit tamen quod me de recto tra-  
mite in adornanda hac Sparta dejiciat, quin quid sacri or-  
dinis malevolentia contra insistentem hanc animam percu-  
niolos



inimicos machinetur. Præterea languent hæc Mæsa. Quærum sacra  
fero ingenti percussus amore, neque per turbam negotiorum, neque  
per iustum dolorem quidquam amplius meditari valeo, quod vel tibi  
probetur, vel cuiquam eorum quibus olim non ita infelix visus fui,  
in eo scribendi genere, ubi mediocrem esse vetat sapientissimus Pœ-  
tarum arbiter Horatius. Si quæ nobis Deus otia facit, ea liben-  
ter ingenio huius animorum oblectamento impenderem, nisi ita  
natus essem ut me minime beatum prædicaret Martialis. Nunc  
in eo totus sum, ut cum Diva Themide, cuius sacris iam pridem  
initatus sum in gratiam possim redire. Non tamen ita amicum  
illud studium reliqui, ut non paterim vehementer afficiar, præcla-  
ris, quæ subinde videre contingit, ingenij tui monumentis. Legi præter  
carmina Divis Don, à te in vernaculum sermonem versa. Dii boni,  
quam ultra captum sæculi, et à vulgato versificandi modo remota!  
ut nunc vere dici possit, esse aliquod jam dictum quod nondictum  
sit prius. Sed tantum virum is celebrandum relinquam, qui in-  
genium sine exemplo summum digna æstimatione norunt censere.  
Vale, Vir amplissime, et amare perge.

Ex asse tuum

Datum Leoardia VIII Id. Octob.

17106XXX





*[Faint, illegible handwritten text, likely bleed-through from the reverse side of the page.]*

*[Faint handwritten text, possibly a signature or address.]*

*[Large, stylized handwritten signature or flourish.]*